

Psalmus

CXXVI

324

guntur et adunantur in charitate et in vinculo pacis: cum quisque id quod habet prestat ei qui non habet: In eo quod habet dives est: in eo quod ille non habet pauper est. Sic vos diligite: sic vos amate. Nolite ad vos solos attendere: sed attendite indigentes circa vos. Sed quia cum laboribus et erumnis fiunt ista: in ista vita nolite vestigare. In lachrymis seminat: in gaudio metetur. Quid enim fratres mei: Ipse agricola quando procedit cum aratro et portat semen: nonne aliqui frigidus est ventus: et imber deterreret: et attendit celum: videt tristem diem: tremet frigore: et tamen procedit et seminat. Et tunc enim ne cum tristis diem attendit et expectat diem letum: ne tempus transcat: et non inveniat quod metat. Nolite differre fratres mei: Seminare in hyeme: seminare bona opera: et cum plorat: quod seminat in lachrymis: in gaudio metetur. Virtutis semina sua: bona voluntate et bona opera. **Quare flebant et flebat: mittentes semina sua.** Quare flebant: quia in miseris erant: et miseri erant. **Delus est frater mei ut nullus sit miser:** quod ut tu facias misericordias: crudelis habet misericordiam: Quomodo si medicus ut exerceat artem suam optaret esse multos egrotos: crudel medicina esset. **Delus est et ut oes sani sint:** quod ut exerceatur ars medicorum. **Delus est et ut oes beati regnent in illa patria:** quod ut sint quibus impendat misericordia. **Tunc quid sunt quibus impendat misericordia: non deficiam?** in ista eterna mittere semina. **Et si cum fletu seminam?** cum gaudio metetur. In illa enim resurrectione mortuorum recipiet quisque manipulos suos: id est fructus seminis: coronam gaudiorum et exultationis. **Tunc erit tristis populus?** et ipsi mortui insulstanti: in qua genuebant. **Tunc dicitur mortui:** **Ubi est mors pretio tua?** Ubi est mors aculeus tuus: Sed quare iam gaudent: Quia portant manipulos suos: Quia cunctes ibant et flebant: mittentes semina sua. **Quare mittentes semina sua:** Quia qui seminant in lachrymis in gaudio metentur.

Sto psalmo exhortati vos fuerim? maxime ad faciendam misericordiam: quia hinc ascendit: et videtur quia ille cantat canticum graduum qui ascendit. **Demerote: nolite amare descendere et non ascendere:** sed et de ascensione cogitate: Quia qui descendebat de hierusalem in bethaniam incidit in latrones. **Nisi descenderet: non incidit in latrones.** Jam ergo adam descendit et incidit in latrones. **Oes enim nos ad adam sumus:** Sed transiit sacerdos et precepit: transiit leuitas et precepit: quia lex sanare non potuit. **Transiit samaritanus quidam: id est dominus noster iesus christus.** Illi enim dicitur est: **Nonne vobis dicitur nos samaritanus et de demonio habetis?** Ille autem non dicit: non sum samaritanus: sed dicit: ego demonium non habeo. **Samaritanus enim interpretatur custos.** Si dicitur: non sum samaritanus: diceret non sum custos. **Et quis alius custodiret?** Deinde ponens similitudinem: **Transiit samaritanus et fecit cum illo misericordiam sicut scilicet.** Facebat autem in via vulnerat: quod descendit: **Transiit samaritanus non nos precepit:** Curavit nos: leuavit in iumentum in carne sua: pergit ad stabulum suum: id est ad ecclesiam: commendavit stabulario: id est apostolo: reddidit duos denarios unde curaret: charitatem dei et charitatem proximi. In his duobus enim

preceptis tota lex pendet et propheta. **Dixit autem stabulario: Si quid amplius erogaveris: in reddendo reddam tibi.** Amplius erogavit apostolus: quia cum omnibus apostolis primum esset ut acciperet tanquam milites christi stipendia a provincialibus christi: ille manibus suis laboravit: et annonas suas provincialibus donavit. **Quia facta sunt: Si descendimus et vulnerati sumus: ascendamus: ceterum et proficiamus ut perveniamus.** **Explicit Tractatus de ps. CXXVI.** **Incipit Tractatus de ps. CXXVII.** **Inter omnia cantica quibus est titulus canticum graduum: iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit: quod additum est salomonis.** Sic enim pronotat: **Laticum graduum salomonis.** **Inter quos fecit nos intentos inustitatorum titulus ceteris: ut queramus quare sit additum salomonis.** **Non quod sit canticum graduum: non opus est sepe repetere.** **Plura enim hinc dicta sunt: quia cantat ascendens vox in affectu pietatis et charitatis ad illam supernam hierusalem: cui suspiramus quod diu peregrinamur: et ubi letabimur cum a peregrinatione redierimus.** **Ascendit ad hanc omnis qui proficit: cadit ab hac omnis qui deficit.** **Nec pedibus ascendere queramus: nec pedibus descendere putemus.** **Amado dei ascendis: amado seculi cadis.** **Sunt ista cetera amantibus: et quodam sancto desiderio flagrantibus.** **Ardeat qui ista cantat ex corde: quorum etiam cor ardens invenit in moribus: in bona conversatione: in operibus semine precepta dei: in contemptu temporalium: in charitate ceterorum.** **Sed quare sit additum salomonis: quod inspiraverit dominus dicitur charitati vestre.** **Salomon erat tempore suo filius david: magnus ille per quem sancta precepta et salubria monita et divina sacramenta spiritaliter in divinis litteris operatur est.** **Non ipse salomon mulierum amator fuit: et reprobatur ea teo: Et usque adeo laqueus illi fuit illa cupiditas: ut a mulieribus etiam idolis sacrificare cogere: sicut de illo scriptura testatur est.** **Sed si illo cadere que per illum dicta sunt deleterentur: iudicaretur quia ipse dixerat: non quia per illum dicta erant.** **Optime igitur etiam hoc egit misericordia dei et spiritus eius: ut quicquid boni per salomonem dicitur est: teo tribueret: peccatum autem hominis homini.** **Quid mirum quod in populo dei cecidit salomon? In paradiso non cecidit adam: Non cecidit angelus de celo et diabolus factus est: Non docemur in nullo hominum spem esse ponendam: quia et iste salomon edificaverat templum domino: in typo quod est et in figura future ecclesie et corporis domini: **Ubi dicit in euangelio: Soluite templum hoc: et in triduo erectum bo illud.** **Quia ergo ipse edificaverat illud templum: edificavit sibi templum verum salomon dominus noster iesus christus: verus pacificus.** **Non enim salomonis interpretatur pacificus.** **Est autem ille verus pacificus: et qui dicitur plus: Ipse enim pax nostra qui fecit utraque unum.** **Ipse est verus pacificus: qui duos parietes et diverso venientes in se copulavit: quibus factus est lapis angularis: et venientem populum ex circumfusione credentium: et fecit unam ecclesiam de duobus populis: et factus est lapis angularis: et ideo verus pacificus: quia verus salomon. Salomon autem ille filius david de muliere berabe: rex israel: figuram gestabat huius pacifici quodammodo templum edificavit: Ideo ne illi putet salomonem qui edificavit domum deo: alium salomonem tibi ostendens ista scriptura sic cepit in psalmo.****

1. Cor. 4.

A

B

3. Reg. ij.

1. Jo. 5. 14.

3. Reg. 6.

3. Jo. 2.

3. Jo. 2.

1. Jo. 2.

1. Jo. 2.

1. Jo. 2.

1. Jo. 2.

1. Jo. 2.

1. Jo. 2.